

ego nesciebam eum: s; qui in  
lit me baptizare i aqua ille  
michi dixit. Sup que uideris  
spu descendentem et manentem  
sup eum. hic est qui baptizat  
i spu sco et ego uidi et testimo  
niu phibui qz hic e filius dei  
**H**ostias tibi dne p nati **sec.**  
filii tui apparitione defertimus  
suppliciter exorantes ut sicut  
ipe nroꝝ est auctor muneru  
ita sit ipe misericors et susce  
ptor ihc xpc do. **apl.** **C**elest  
ti dne qd dne semp et ubiqz  
nos puenit ut miseru tuu  
picipes nos esse uoluisti et  
puro cernamus intuitu et  
digno papiam effectui. **p.**

**O**mnis terra adorat **dmca**  
te de us et psallat tibi psal  
mum dicat no mm tu o al  
tilli me. **ps** **J**ubilate deo om  
nis terra psalmu dicit. **Evoy coll?**

**O**mne sempitne ds qui  
celestia simul et terrena  
moderans supplicaciones pli  
noie ei9 dare gloria laudi ei9

tu dementer exaudi et pace  
tuam nris concede tempibz  
**V**ires. **ha** **romanos** **p.**  
bentes donaciones scdm  
gram que data est uobis dif  
ferentes. siue pphiam. siue  
racom fidel. siue ministrum  
in ministrando. siue q docet  
in doctrina. **Q**ui exhortatur  
in exhortando. **Q**ui tribuit  
in simplicitate. **Q**ui preest  
in sollicitudine. **Q**ui misere  
in hylaritate. **D**ilectio: sine  
simulacoe. **O**diertes malu:  
adherentes bono. **K**aritate  
fratnitatis inuice diligentes  
honore inuicem puenientes  
**S**ollicitudine no pigri. **S**pu  
feruentes: dno seruietes. **S**pe  
gaudentes: i tribulacoe pacie  
tes. **O**racom instantes neces  
sitatibz scoꝝum comuncates  
**H**ospitalitate letitantes. **B**n  
dicate psequentibz uos: bndi  
cite et nolite maledice. **G**audete  
cu gaudentibz: flete cu fle  
tibz. **I**dem inuice scietes  
**N**on alta sapientes **S**  
s; huilibz scietes. **M**isit  
do **mnus** uer **bum** su





um et lanauit e

os et eripuit e

os de interitu eo zum

**V**ultum

tur domino

intercordie

e uis et

mirabilia e uis fili is

ho unum **A**e via

**V**omnis

regna ut exul ter ter

ra leten

tur in lule multe

**I**ll' Nuptie facte sunt **iohem**  
in chana galylee: et erat mat  
ihu ibi. Vocatus est autem ihc:  
et discipuli eius ad nuptias. Et  
deficiente uino: dixit mat ihu

ad eum. Vinum non habet. et di  
xit ei ihc. Quid in et est mu  
lier. Non dum uenit hora me  
a. Dicit mater eius ministris  
Quicquid dixerit uobis facite  
Erant autem ibi lapidee ydrie  
sex posite secundum purificacionem  
iudeorum capientes singule me  
tretas bimas uel ternas. Dicit  
eis ihc. Implete ydrias aqua  
Et impleuerunt eas usque ad  
summum. et dixit eis ihc. Hau  
rite nunc: et fere architricli  
no et tulerunt. Et cum gustauit  
architriclinus aquam uinum  
factam et non sciebat unde esset  
ministri autem sciebant qui hau  
serant aquam architriclinus  
uocat sponsum et dicit ei. Quid  
homo primum bonum uinum  
ponit. et cum inebriati fuissent  
tunc id quod deterius est. Cu  
autem seruasti uinum bonum  
usque adhuc. Hoc in initio signo  
rum fecit ihc in chana galylee: et  
manifestauit gloriam suam. **Off.**

**T**ribulate de o unuer in ter  
ra iudicia



domo eius. Amplioris em gle  
 iste p moysse dignus habitus  
 Quanto ampliore honore sit  
 dñs: qui fabricavit illam.  
 Ois namq; domus fabricatur  
 ab aliquo. Qui aut creatur or  
 a deus est. Et moyses quidem  
 fidelis erat in omni domo illi  
 tanq; famulus i testimoniu  
 eoz que dicenda erant. Xpc uo  
 tanq; filius in domo sua:  
 que domus sumus nos. si fi  
 ducia et glam spei usq; i fine  
 firma teneamus. **matth. 23**

**A**ll. Circubat ihc totam ga  
 lyileam: docens in synagogis  
 eoz. i pdicans euangelium  
 regni. i sanans omnem lan  
 guore. i omne infirmitatem  
 in plo. Et ibat apmo eius  
 i totam syriam. Et obtulerut  
 ei omnes male habentes ua  
 ruz languorib; i tormentis  
 comphenfos. i qui demonia  
 habebant i lunaticos i pali  
 ticos. i curauit eos. i secute  
 sut eum turbe multe. **matth. 23**

**R**es: Nolite deficere i  
 benefacientes. Quod si  
 quis no obedit euanglio ur  
 p eplam huc notate: et non

miscram cum illo: ut  
 datur. Et nolite quali  
 estimare: s; corrupe ut  
 pple au dñs patris: det uobis  
 pacem sempiterna in omnib;  
 dñs sit cu omnib; uobis.

**A**ll. Exerentes **matth. 23**  
 pharisei cum herodians con  
 silium faciebant aduersus  
 ihm: quomodo eum pderent.  
 Et ihc cum discipulis suis se  
 cessit ad mare galylee. Multa  
 turba a galylea et iudea secuta  
 est eum ab iherosolimis i ab ydu  
 mea et transiordane: i qui  
 erant circa tyrum i sydonē  
 multitudo magna: audien  
 tes que faciebat ueniebat  
 ad eum. Et dixit ihc discipu  
 lis suis: ut deserueret ei i na  
 uicula ppter turbā. ne spme  
 ret eum. Multos em sanabat  
 ita ut uirerent in eum ut il  
 lum tangerent. Et q; quod  
 habebant plagas curabantur

**D**eus qui **matth. 23** ab eo  
 nos in tantis piculis co  
 stitutos p humana sas fragi  
 litate no posse subsistere da  
 nobis salutem mentis et cor  
 pis ut ea que p pccis nr̄is





**D**iligatis. Qui enim diligunt  
mum legem impleunt. Non  
adulterabis non occides non fu-  
caberis. non falsum testimonium  
dicis. non concupisces rem  
proximi tui. et si quod est aliud  
mandatum in hoc verbo in-  
stauratur. Diliges proximum  
tuum sicut te ipsum. Diliges  
teipsum: malum non operatur. Ple-  
nitudo ergo legis est dilectio.  
**Ill.** Ascendente ihu **matthim**  
in nauiculam secuti sunt eum  
discipuli eius. Et ecce motus  
magnus factus est in mare: ita  
ut nauicula operiretur fluctibus.  
Erat autem uentus illis contra-  
rius. Ipse uero dormiebat. Et  
accesserunt et suscitauerunt eum  
dicentes. Domine: salua nos pro-  
prium. Et dicit eis. Quid timidi  
estis modice fidei. Tunc sur-  
gens impauit uentis et mari:  
et facta est tranquillitas magna.  
Porro homines mirati sunt  
dicentes. Qualis est hic: quia  
uenti et mare obediunt ei.

**C**oncede quod omnipotens deus ut huius  
sacrificii munus oblatum sin-  
gularitatem nostram ab omnibus  
lo purget semper in unum.  
**M**unera tua nos deus  
delecta comibus bonis  
alimur. **Et in roma**  
**ves.** **Illes**  
delictum omnes  
in contempnamem: sic ipse unus  
iustitiam in omnes homines in  
uoluntate in te. Sicut enim  
per inobedientiam  
in peccatis conuersi  
in tua primus obedientiam  
iusti conuersi multi. Alex-  
ander autem subintrauit: ut habunda-  
ret delictum. Vbi autem habun-  
dauit peccatum: superabundauit  
et gratia. ut sicut regnauit pec-  
catum in morte ita et gratia regnet  
per iustitiam in uitam eternam.  
**D**ominum christum dominum nostrum.  
**Ill.** factum est ambulans  
illis in mare dixit quidam  
sequar te quocumque uer-  
att illi ihc. **Illes** tolleas hinc  
et uolucres cali mios ubi  
curant filius autem horum  
in mare impit.



*[Faint, mostly illegible text in the left column, likely bleed-through from the reverse side.]*

**S**ill' Beatus Petrus **marc**  
Ind' tim' d'layas apparuit  
illis dicit: et exprobat in  
multitatem illor' & duriciam  
cordis. quia his qui uide-  
rant eum resurrexisse non  
crediderunt. Et dixit eis. Eus-  
tes in mundo uniuersum pre-  
dicare euangeliu[m] omni  
creature. Qui crediderit & ba-  
tizatus fuerit saluus erit.  
Qui uero no[n] crediderit con-  
dempnabitur. Signa au[t] eos qui cre-  
diderunt hec sequentur. In no[m]i-  
meo demonia eiciunt: linguas  
loquentur nouis serpentes tol-  
lent. Et si mortiferum quid  
biberint no[n] eos nocet. In-  
p[er] egros manus imponunt:  
et b[e]n[e] habebunt. D[omi]n[u]s qui t[em]p[or]e  
i[ste] post se[m] locutus e[st] eis. as-  
sumptus e[st] in celum: & sedet  
adext[er]a dei. Illi au[t] p[er] f[aci] p[ro]p[ri]a

*[Faint, mostly illegible text in the right column, likely bleed-through from the reverse side.]*

**sec. 13**  
que p[er] filij p[ro]p[ri]a  
sione deseruimus  
aus ut a p[ro]p[ri]a  
beremur ad  
eterna

**P**er  
ascendit si p[ro]p[ri]a  
ad o[ri]entem

**P**er  
ois deus ut  
milleis  
uulsi bili

**E**u  
uocem meam qua  
ae via tibi



44. *ps. 137*  
 Cum ueneris pariter  
 ego mittam me  
 uertatis cum a patre credit  
 ule testimonium phibebit  
 Et uos testimonium phibebitis  
 quia ab inicio mecum estis  
 Hec locutus sum uobis: ut  
 scandalizem. Ab his sinagogis  
 fauent uos. Sed uenit hora ut  
 omnis qui interficit uos ar  
 bitretur obsequium prestare  
 deo: et hec facient uobis quia  
 non nouerunt patrem neque me  
 Sed hec locutus sum uobis:  
 ut cum uenerit hora eorum  
 testimonium sciant quia ego dixi  
 uobis. *off. vii. galdei qd. sec.*

**O**mnipotens deus *coll.*  
 fac nos tibi semper et deo  
 et patri uoluntate et maiore  
 fide in aduersario corde seruire.  
**R**egum: *Exetera p.*  
 prudentes et uigilate in  
 orationibus. In te omnia autem  
 mutua in uobis metipsis ca  
 ritate continua habentes. quia  
 caritas omni multitudinem pec  
 catorum hospitalis in uice sine  
 murmuracione. Unusquisque enim  
 sicut accepit gratiam in altitrum  
 illam administrat: sicut bo  
 ni dispensatores iniformis  
 gratie dei. Siquis loquitur: quasi  
 sermones dei. Siquis ministrat:  
 tamquam ex uirtute quam  
 administrat deus: ut in omnibus  
 honorificet deus. *ps. 137*  
 in xpm co  
 nrm. *Acta. 17. 28. 29. 30.*

**I**ll. *Exetera p.*  
 Cum ueneris pariter  
 ego mittam me  
 uertatis cum a patre credit  
 ule testimonium phibebit  
 Et uos testimonium phibebitis  
 quia ab inicio mecum estis  
 Hec locutus sum uobis: ut  
 scandalizem. Ab his sinagogis  
 fauent uos. Sed uenit hora ut  
 omnis qui interficit uos ar  
 bitretur obsequium prestare  
 deo: et hec facient uobis quia  
 non nouerunt patrem neque me  
 Sed hec locutus sum uobis:  
 ut cum uenerit hora eorum  
 testimonium sciant quia ego dixi  
 uobis. *off. vii. galdei qd. sec.*  
**S**acrificia nos dñe immacu  
 ta purificent: et mentibus  
 nostris supne gratie dent uigore.  
*pet. 1. 2.* Pater cum eum in *apl.*  
**R**epleti dñe muneribus sacris  
 da qd ut in gratia actione  
 uiuamus. *ps. 137*  
**H**eres: Vidimus dñm dñm  
 propter passionem mortis  
 gloria et honore coronatum: ut  
 gratia dei pro omnibus gustaret mor  
 tem. Decebat enim eum propter  
 que omnia et pro quem omnia



clxxv

4

et non scandalizante  
te. **Et** non  
in eterna  
pena.

et pharisaei praecepta et ieiunia  
et omnia mandata  
legum observant. **Et** hoc  
dicitur in evangelio  
matthaei.

U. 1111



et reliquias que graviores  
sunt leges iniquum et misericordiam  
etiam iniquum et facere illa  
etiam iniquum. **Omnia etc.**

die iugum tria mala. **A**  
tenentem epum: sicut in  
eorum tempore fuerunt  
tibi primum. **Epum**



clxxv

*[Faint, mostly illegible text in a medieval script, possibly Gothic or Carolingian minuscule, written on a four-line red staff. A large red initial is visible.]*

beato quinquaginta. Dixitque  
alio. Tu vero quantum debes.  
Qui ait illi. Centum denarios. In  
quibus ait illi. Tuus es.







in fando of epist. f. 100. anno 1599

Et sanans omnes a quo fit  
in omni infirmitate. vi corinthj

**F**rares: fugite ab idolis cultu  
ra ut uidentibus loquor.  
os in ueritate est in os. Calix  
indignus in benedictum. No  
e comestio sanguinis xpi e.  
pans que habemus. nome  
stipendium est. Omnis panis  
is et unum corpus in ea sum  
mus quia de uno pane et de uno  
calice percipimus. In xpo dicit  
et cepit mathiam dno nro  
Ite et pbarre tunc et ibi i quibus  
fate sunt plurime turres et  
ce no egissent penitentia. Ve tibi  
chorozaim ue tibi bethsaida.  
Quia si in tyro et sydone fuisse fu  
issent ciuitates que fce sunt in  
uobis olim in ciuitas et cinere  
penitentia egissent. Veritate me  
dico uobis tyro et sydon remissa  
us est in die iudicii qua uobis.  
Ite et pharisaum numquid uis  
ad celum exaltabitis. uis tunc  
num delentes. Quia si i sodom  
fuisse ciuitates que fce sunt  
ite. solitan mansissent uisq in  
hunc diem. Veritate men dico  
uobis: quia si sodomox remis  
sio est idie iudicii qua uobis.

**R**educe domine in terra  
dicitur xli.

mentum tuum et animas paupie  
rum tuorum ne derelinquas in fi  
nem exurge domine et uisita  
sanctam tuam et ne obliuiscaris  
uoces quepen cum te

**O**mnis sanctus de coll.  
da uobis fides spes et ca  
ritatis augmentis et ut in  
amur adsequi quousque  
fac nos amare ad inuicem

**F**rares. Abrahe galathas  
dicitur sunt promissiones  
et seminum eius. Non autem  
numerus quasi in malis. In  
i uno seminum tuo cum abra  
he aut dico testamenti con  
matum a teo que in hunc  
gentos et triginta annos. fce  
est lex no uisita. Et est q  
maniam remissa. Nam si  
ex lege esset hereditas: uis non  
ex promissione abrahe est p te

Lib. A B



promissione donavit deus. Quid  
igitur lex propter transgressores po-  
sita est: donec veniret semen.  
cui promiserat in fide ordinata  
per angelos in manu mediatoris.  
mediator autem unus non est. Deus  
autem unus est. Lex ergo ad usus  
promissa dei. Absit. Si enim data  
esset lex que posset iustificare vere  
ex lege esset iusticia. Sed concludit  
omnia scriptura sub peccato  
ut promissio ex fide ihesu christi da-  
retur credentibus. **G.** Respice domine

**A**ntiphona. **V.** Item  
te exultemus domine  
jubilemus de  
in no stro  
mno faciem eius in confessa  
one et in psalms  
jubilemus e i. **Lucam**  
ill. Dixit ihesus d. s. Beati o  
culi qui vident que nos vident

tis. Dico enim vobis: quia  
multi prophete et reges voluerunt  
videre que nos videtis et non  
viderunt et audire que auditis  
et non audierunt. Et ecce qui-  
dam legis peritus surrexit temp-  
tans illum et dicens. Magis  
quod faciendo et vitam eternam  
possidebo. At ille dixit ad eum.  
In lege quod scriptum est. Quomodo  
legis: Noli respondens ait. Ni-  
lites dominum deum tuum ex toto  
corde tuo et ex tota anima tua.  
et ex omnibus verbis tuis et ex  
omni mente tua et proximum tuum  
sicut teipsum. Dixitque illi. Rec-  
te respondisti hoc fac et viues.  
Ille autem volens iustificare se ip-  
sum dixit ad ihm. Et quis est  
meus proximus? Insipientis  
autem ille dixit. Homo quidam  
descendebat ab iherosolymis in ihericho.  
et incidit in latrones. Quos etiam  
despoliaverunt eum et plagis  
impositis abierunt seminum  
relicto. Accidit autem ut sacerdos  
quidam descenderet eadem via et  
visus ille perterritus. Similiter et  
levita cum esset secus locum et  
videret eum pertransiit. Samaritanus  
autem quidam iter faciens



clxxiii

te anie omis oua am iouu  
lano. **I**te est datus a fure  
denum. **C**um ueritis a  
braham tyber et israhel et  
omni a iouu iouu iouu

caris no pfectis. **S**ero  
nam concupiscit ad ueris  
ipue hie an ad ueris  
datus a iouu iouu iouu







carne sua de carne et metet cor  
rumpom. Qui autem seminauit  
in spiritu; de spiritu metet vitam  
eterna. Bonum autem facientes  
non deficiamus tempore enim suo  
metemus non deficientes. Er  
go dum tempus habemus o  
portet bonum ad omnes.  
maxime autem ad domesticos fi  
del.

**G** Bonum est confidere. m. <sup>xxv</sup>

**A** <sup>ev ia</sup>

**D** <sup>o</sup>

**P** <sup>o</sup>

**P** <sup>o</sup>

**P** <sup>o</sup>

**P** <sup>o</sup>

**P** <sup>o</sup>

**P** <sup>o</sup>

**P** <sup>o</sup>

**P** <sup>o</sup>

**P** <sup>o</sup>

**P** <sup>o</sup>

**P** <sup>o</sup>

**P** <sup>o</sup>

**P** <sup>o</sup>

**P** <sup>o</sup>

**P** <sup>o</sup>

**P** <sup>o</sup>

**P** <sup>o</sup>

**P** <sup>o</sup>

Nonne anima plus est quam  
esca et corpus plusquam uestime  
ntium. Respicite uolatilia celi.  
quoniam non serunt neque metunt  
neque congregant in horrea et  
sic ut celestis pascit ea. Non  
ne uos plures estis illis. <sup>mas</sup> Quis  
autem uerum cogitans potest ad  
tere ad staturam suam cubitum  
unum. Et de uestimento quid  
solliciti estis. Considerate ly  
lia agri quomodo crescant non  
laborant neque uent. Dico autem  
uobis; quoniam nec salomon in omni  
gloria sua cooptus est sicut unum  
ex illis. Si autem fenum agri quod  
hodie est. cras in dyabolum  
mittitur deus sic uestit. quia  
tomagis uos minime fidel.  
Nolite ergo solliciti esse dicentes  
quid manducabimus aut quid  
bibemus. aut quo optinemur  
Hec enim omnia; gentes in  
quirunt. Sicut enim pater uer  
telestis quia hijs omnibus indi  
getis. Querite ergo primum regnum  
dei et iustitiam eius et hec omnia  
adiicientur uobis. <sup>off</sup> <sup>expetam</sup> <sup>lxxv</sup>  
**scare.** **Q**ua nos dicit  
sacramenta custodiant et uol  
dyabólicos timent incurfus.



<sup>lu</sup>  
**Q**ui manducat. **apl.** **M**en  
tes nras et corpa possideat ds  
dne dom celestis opaco ut no  
nr sensus in nobis s; uigiter  
eius p;ualeat effectus. Per

**A**tes. **fr. ans. colocenles.**  
**H**uius agamus deo q  
signos nos fecit in parte soz  
tis scoz in lumine. qui eripu  
it nos de potestate tenebrar.  
et transiit in regnum filii di  
lectionis sue. In quo habem  
redempcom p sanguine eius  
remissionem omnium pccorum  
**Q**ui est ymago dei uisibilis  
p;mogentis omnis creature.  
quia in ipm condita sunt uni  
uersa in celis et in terra uisi  
bilia et inuisibilia. **S**ue ds  
in sue dnas coes sue princi  
patus sue potestates omnia  
p ipm et ipso creata sunt. Et  
ipe ante omis et omnia in ipso  
constant. Et ipe est caput co  
pis ecclie: qui est principiu  
p;mogentis ex mortuis. Ut  
sit i omib; ipis p;matum te  
nens. **I**te xpc dnus nr **matthm**  
**23.** **Q**ui dicit die d. s. **A**udistis  
qui dicitum est antiquis. no  
seruatis: reddes au domino

uitamenta tua. **E**go autem  
dico uobis: no uitare omo  
neq; p celum quia thronus  
dei est. **N**eq; p terram: quia  
scabellum est pedum eius.  
neq; p ierlimum quia ciui  
tas est magni regis. **N**eq; p  
caput tuum iuraueris: qia  
no potes unum capillum al  
bu facere aut nigrum. **S**it  
au sermo fir est est non no.  
**Q**u au habundans e hys  
a malo est. **A**udistis quia di  
ctum est: oclm p oculo dentem  
p dente. **E**go au dico uobis:  
no resistere malo. **S**ed si quis  
te p;usserit in dextram max  
illam tuam pbe et alteram  
**E**t ei qui uult tecum coete  
iudicio et tunocem tua tolle  
re dimitte et i pallium. **E**t  
quicumq; te angariauerit  
mille passus uade cum eo a  
lia duo. **Q**ui petit a te da ei.  
et mutuari uolenti a te ne  
auertaris. **ad ephelios.**

**A**tes. **S**erui obedite dnis  
carnalib; cum timore et  
tremore i simplicitate cordis  
uestri. sicut xpc no ad oculum  
seruantes. quasi homib; placere

*Ep'ta confidite ap'tm et xpc'm*



tes. Sicut serui xpi facientes  
 uoluntate dei ex animo tum  
 bona uoluntate seruientes.  
 sicut dno et uobis hominibus. In  
 entes qui uniusquisque quodcumque  
 fecerit bonum: hoc percipiet a  
 dno. siue seruis siue liberis.  
**E**t uos dñi eadem facite il  
 lis remittentes iniurias. Sci  
 etes quod et illos et uester dñs  
 est in celis. **Apofonay** acceptio  
 non est apud dñm. **Lucam.**  
**F**actum est in una die  
 docente ihu xpm in templo et  
 euangelizante conuenerunt  
 principes sacerdotum et scri  
 be cum senioribus et auunt  
 dicentes ad illum. **D**ic nobis  
 in qua potestate hoc facis.  
 aut quis dedit tibi hanc po  
 testatem. **R**espondens autem ihc  
 dixit ad illos. **I**ntrogabo  
 et ego uos unum sermonem  
 respondete mihi. **B**aptismus  
 iohannis de celo erat an ex  
 hominibus? **A**t illi cogitabant in  
 se dicentes. **Q**uia si dixerimus  
 de celo dicet. **Q**uare non credi  
 distis illi. **E**t si dixerimus  
 ex hominibus plebs uniuersa  
 lapidabit uos. **C**ertum enim scit

iohannem xpiam esse. **E**t respo  
 derunt nescire unde esset. **I**gitur  
 ait illis. **N**eq; ego dico uobis  
 in qua potestate hoc facio.

**M**iserere michi domine **D**umca  
 xvi.

ne quomam ad te clama ui  
 tota die quia tu domine  
 suavis ac mitis es et copio  
 sis miser cordis omnibus  
 muocanti bus te. **ps** In di

na domine aure tua et. euonae

**Q**ua nos dñe qd gra coll.  
 semp puenat et sequat  
 aobons opibus uigiter pre  
 stet esse intentos. **P. ephesios**

**R**es: **O**blexio uos ne desi  
 ciatis in tribulacionibus  
 meis pro uobis que est gla ura.  
 hui rei gracia flecto genua mea  
 ad patrem dñi nri ihu xpm. ex  
 quo omnis paternitas in celo  
 et in terra nominat ut det uo  
 bis scdm diuicias glie sue uir  
 tute corroborari p xpm eius





in interiori homine habitare xpi  
 p fidem in cordibz nris. In ca  
 ritate radicati & fundati: ut  
 possitis complere cu omnia  
 que sit longitudo latitudo &  
 altitudo & profundum. **S**icut e  
 nam sup emmete scientia cari  
 tatem xpi: ut impleamur in  
 omni plenitudine dei. **E**t  
 au qui potens e omnia facere  
 sup habitant qda netimus  
 aut intelligimus scdm virtu  
 te que operatur in nobis. **I**psi  
 honor & gla in scla & in xpusto  
 ihu. **T**omnes generationes scli  
 fclor amen

**Q**

**G.** Ave ois

**A**

**V.**

**I**n exilii il ra hel ex egypto  
 dominus ia cob de po

pulo barbaro **V** facta est  
 inde a sancto & tanto eius

**A**ll. **I**bat ihe in civitate que  
 vocatur naym: & habitavit eo

dilapli eius & nichil copiosa  
 Cum aut appropinquasset portu  
 civitatis: ecce celitatus effen  
 datur filius unicus matris  
 sue. **E**t hec vidua erat & tur  
 ba multas multa cum illa.  
 Quam cu vidisset dñs misericordia  
 motus est sup illam & dixit illi  
 soli flere. **E**t accessit: & tetigit  
 loculum. **H**u au qui preterit  
 steterunt: & ait adolescens tibi  
 dico surge. **A**releget qui erat  
 mortuus & cepit locum: & ait  
 illum matri sue. **R**epetit aut  
 omis tenore magnificavit:  
 ceteri & videntes. **Q**uia ppheta  
 magnus surrexit in nobis et  
 quia deus visitavit plebem  
 suam. **Off.** **D**ñe in auxilium **lee.**

**M**undi nos dñe sacrificij p  
 sentis effectu & pñe miserat  
 in nobis ut eius mercedem  
 esse pncipes. **P.** **D**ñe memo  
 rialor **opl.** **P**urifica dñe q̄s  
 mentes nras & corpa nra be  
 nignus et renova celestibus  
 sacramentis ut consequenter  
 et corpm pñes pñt & futurū  
 corpm auctibū. **P.** **fr̄ m̄ m̄**

**S**erul ta te deo adiutori

125

Stund

9851 omi ...



du i siad wylan fust ...  
Lad 2<sup>o</sup> ...  
Lad 2<sup>o</sup> ...  
LXXVIII

damans et multum discerpens  
eum erit ab eo. Et factus est  
sicut mortuus ita ut multi di-  
cerent quia mortuus est. Mel  
aut tenens manum eius et

libz tuo munere capiam. **P**  
**feria sexta.** Letet cor quereat. **coll.**  
**P**ra qd omne ds ut obser-  
uacoēs sacras anima  
uocone recolent



450  
Quis enim plus videt

450  
tibi. Quis enim plus videt



tatem in idem pacis iudicate  
in hostis vris. Et uniusquisque  
natum contra amicum suum  
ne ne cogitatis in cordibus vris.  
et iuramentum mendax ne dili-  
gatis. Omnia enim sunt hec  
que odium dicit dominus. Et factum  
est verbum domini exercituum ad  
me dices. Hec dicit dominus deus  
exercituum. Ieiunium primum et  
ieiunium quartum et ieiunium sep-  
timum et ieiunium decimum estis do-  
mini iustitiam gaudium et letici-  
am et in sollemnitates sanctas  
veritatem tantum et pacem  
diligite. dicit dominus omnipotens  
lata cogitatum tuum **colleca.**

**V**t nobis domine tribuis sol-  
lemne tibi deferre ie-  
iunium sit nobis quod domine in-  
dulgentie presta subsidium. **P**  
**damel.** Anglus domini descen-  
dit cum azaria. **v. 2.** Benedixit es  
domine. **coll.** Dis qui tribus pius

**T**aber ad hebreos.  
naculum factum est primum  
in quo erant candelabra au-  
rea et mensa et positio panum  
quod dicit sancta. Post vela-  
mentum autem secundum tabernaculum  
cum dicit sancti sanctorum aureum ha-

bens fluxibulum et archam  
testamenti virtutem exornum  
parte auro. In qua erat urna  
aurea habens manna et vir-  
ga aaron. que fronduerat. et  
tabule testamenti super que erant  
cherubim glorie obumbrantia  
procuratorum de quibus non est  
modo dicendum per singula. Huius  
vero ita compositis in priori  
quidem tabernaculo semper int-  
abant sacerdotes sacrificiorum offi-  
cia consummantes. In secundo vero  
semel in anno solus pontifex <sup>introbant</sup>  
non sine sanguine quem offerret  
per sua et populi ignorantia. Hoc  
significante spiritu sancto nondum  
palatam esse sanctorum vitam:  
adhuc priori tabernaculo ha-  
bente statumque parabola est  
tempus instantis. Iuxta quam  
munera et ostie offerunt que  
non possunt iuxta conscientiam  
perfectam facere serviente. Sollemne  
in cibis et in potibus et in uariis  
baptismatibus et iustitia carnis:  
usque ad tempus correctionis in-  
positis. Apertus assistens pontifex  
futuroz bonoz per amplius et  
perfectus tabernaculum non manu-  
ferum id est non huius creatiois: neque









12  
ticei p[ro]ciat exemplo. **P[ro]fec**  
**O**fferimus tibi d[omi]ne p[re]ces et  
munera honore sc[ilicet] brigide  
gredientes p[ro]p[ter] q[ui]s i[tem] ut co[n]ue  
m[er]et hec agere remedium  
sempiternum acquirere ualeam[us]

**A**duenient nos d[omi]ne **ap[osto]l[us]. P[ro]f**  
q[ui]s i[tem] hec misteria sc[ilicet] que su  
plimus i[tem] b[ea]te brigide intercessi  
one tueatur. **P[ro]. In purifica**  
**cone sc[ilicet] marie.** Ecce m[un]do a  
gelu[m]. Et i[tem] ebo[m] an[no] natiuita[te] d[omi]ni

**A**ne gratia ple[na]  
dei genitrix uirgo ex te enim  
ortus est sol iusti et e  
illuminans que in tenebris sit  
letare et tu semor iuste iusta  
piens in ulnas liberatorem a  
numa[rum] nostrarum donantem  
nobis et felurrecci d[omi]nem.

**D**eus creator b[e]n[e]d[i]ctio lum[en]  
celi et terre rex regum

Et d[omi]ns d[omi]nancum exaudi nos  
indignos famulos tuos cla  
mantes et orantes ad te. Pre  
camur te d[omi]ne sc[ilicet] p[ro] om[n]i p[ro]p[ter] e  
terne d[omi]s qui om[n]ia ex nichilo  
creasti. i[tem] iussu tuo p[ro] opera a  
p[ro]p[ter] hunc liquore ad p[ro]p[ter] com  
cerei enenire fecisti. i[tem] qui ho  
dierna die p[ro]p[ter] com iusti sy  
meonis implesti. te h[um]iliter  
deprecamur. ut has candelas  
ad usus homin[um] i[tem] ad sancta  
tem a[li]az i[tem] cor[por]um aduersus  
o[mn]ia temptamenta dyaboli  
tam i[n] terris qua[m] i[n] aquis p[ro] m  
uocacionem tuam saluum nos  
et p[ro] intercessionem sc[ilicet] marie dei  
genitricis o[mn]iq[ue] sc[ilicet] inter  
cessione bene **+** dicere i[tem] sa  
fica **+** te digneris ut om[n]is  
hec plebs in illis te honoras  
tibi canet i[tem] laudet tuq[ue] p[ro]p[ter] i  
sis clamantib[us] ad te. **Oratio**

**O**m[n]ip[otens] sempit[er]ne deus **oratio**  
qui hodierna die ungentu[m]  
tuum i[n] ulnis sancti symeonis  
in templo sc[ilicet] tuo suscipiedum  
p[ro]sentasti. te supplices depreca  
mur. ut hos cereos quos nos  
famuli tui in tu no[m]i[n]e mag  
nificencia suscipietes gestare

tue/aut hodie festa de uote celebrat





cupimus luce accensos bñ **F**  
dicere et **scilicet** **F** re. atq; lu  
mine supne benedictionis  
accendere digneris. quatenus  
eos tibi dño tuo nro offeren  
do digna scilicet igneque tue dul  
cissime caritatis succensi. in  
templo scō glē tue respiciamur  
mereamur. **P. orō. Benedi**  
**dic** dñe ihu xpe hac creatu  
ra ceteri supplicacōib; nris.  
et infunde ei p cruce tue vir  
tute benedictōem celestem. ut  
qui. eam ad repellendas tene  
bras humano generi tribu  
isti taleter signaculo crucis  
tue fortitudinē. et benedictōem  
celestem accipiat. et in quibus  
cūq; locis accensa sine porta  
fuerit. discedat extremis  
dyabolus et fugiat panosus  
cū quibus ministris suis de  
habita cōib; illis. nec p̄sūat  
amplius inquietare serue  
tes teo. **P** unde te supplices q̄s  
vne supplicamur. ut emittas  
angelum tuū raphaelē. qui euul  
sit et repulit a tob̄a et fara  
remone mortiferum. eos res  
tante p̄ huius ceteri sanctificacō  
ne. ut conterat illū illumet

part de habitacōib; cunctis  
colentium deum. de basilinis  
de cornib; de angulis de lectu  
lis. de uniuersis locis. in qui  
buscuq; famulantes deo  
habitāt ambulāt et requi  
esūt. dormiūt. uigilant et co  
sistunt. nec ualeat amplius  
inquietare. ul panosus inui  
tare sup illos. quos crisma  
tis tue unctioe fecisti esse  
munitos. **P. orō. Benedi**  
**co** te cetera in oīe scō trinitatis  
ut sis exterminacō dyaboli. et  
omniū contubernacō eius  
**D**ñe ihu xpe lxx. orō. angeli  
nem ihu illuminas omne  
hominē uenientem i hunc  
mundū effunde bñ **F** di  
conem tuam sup hos cere  
os. et sanctifica eos in uir  
gine tue. et concede p̄tius. ut  
sicut hec luminaria igne  
uisibili accensa. nocturnas  
depellant tenebras. ita coru  
tia uisibili igne. id ē sp̄s  
scilicet splendore illustra. omniū  
uicioy certitate careant. ut  
purgate mentis. oculo ea  
cernere possim. que tibi sūt.  
et nre salutis utilia. quatenus

*Handwritten notes in a cursive script, likely a later addition or a different version of the text. The text is partially obscured by a metal strip at the bottom left.*



muneribus nris qe do pabiqz suscepis z celesti  
 bus nos mada miferijs z demou exaudi p

**Arlice Pentan, Vdis, Lopier, Qvi**

tentier, Siem een Zengd på Dielepe Fenninger aq. 2ag.  
 mes ocs Fairare Doeguar fro Amos.



alla. **V.** *Com. m. 2. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.*  
**Crede. off.** **ew**

ta tibi sint dne munera tua  
 que i tuis instituta sunt pre  
 ceptis i bndum miru tuo  
 gordiani et epymadii festini  
 tas glora commendat. **p. ca.**  
**Gaudete. ipl.** **Q**s omnipr ds  
 ut qui celestia alimenta pce

**ad vitam qis uirtutem etiam**

reuerit; sanctis  
 et epymadio  
 omnia adula mu

**D**a qis omnipr ds ut qui foz  
 miru gordiani i epyma  
 dii sollempnia colimus eoz a  
 pud te intercessionibz adiuue  
 mur. **p. epl.** **Stabunt iusti.**  
**Alt. V.** **Gaudete alia dntale ew**  
**Ego sum uis uera. off.**

**E**re oculi dni super timen  
 tes eum sperantes in misericor  
 dia eius a ev. ia ut erip  
 at a morte ammas e o rum  
 quomam adiutor et protector no  
 ster est. **ew**

**M**irabilis de us in sanc  
 tis lu is deus israel ipse

debra Conisus ih. ad maria dix. mulier  
 ca filius tuus ad discipm ac eoz m. iug.

*Handwritten notes and signatures at the bottom right of the page.*



xultate uisti in domino. E uouae

**B**ene nos dñe m̄m **uere**  
tuoꝝ uere r achillei son  
at q̄s b̄fa sollempnitas i tuo  
dignos reddat obsequio. **P**

**D**eus qui nos annua beati  
pancracii m̄ris tui sollempnita  
te letificas p̄ra q̄s ut cui gan  
demus meritis instruamur ex  
emplis. **P epl** Stabūt uisti

ait. **V** Gaudete. ait. dñitale. **eu** **E**  
go sum uitis. **off**. Confitebūt

**S**coꝝ tuoꝝ dñe uere an **sec**.  
chillei tibi grata confessio et  
munera t̄ra comendet et tua  
nobis indulgentiā semp im  
ploret. **P sec** **M**unera dñe

q̄s tibi dicata sanctifica i m̄  
tercedente b̄to pancracio m̄re  
tuo p eadem nos placatus in  
tende. **P. G** Gaudete. **apl**

**O**s dñe in b̄toꝝum m̄m tu  
oꝝ uere an chillei de p̄ca coꝝibz  
sacramenta sacra que sup̄sum  
ad tue nobis p̄ficiant placati  
oms augm̄tum. **Per do. apl**

**B**eati pancracii m̄ris tui int  
tessione placatus. p̄ra q̄s ut  
tempali celebramus actione  
petua saluacōe capiam. **per**

**D**eus qui ip̄lo **seruacii p**  
tuo scm̄ dedisti seruacium  
p̄dicatoꝝe: concede q̄s ut tanti  
pontificis intercessione i tue  
pietatis defensione ab om̄ibz  
ubiqz liberemur aduersis et  
tranquilla p̄sytate in tua in  
giter laude letemur. **Per sec**.

**H**ec oblatio q̄s dñe m̄cedete  
b̄to seruacō pontifice nos ab  
om̄ibz emundet p̄cis i tua  
uirtute tuis semp faciat obe  
dne mandatis. **Per dñm apl**

**B**eati seruacii confessoris tui  
atqz pontificis dñe p̄tibz confi  
dentes q̄s clemenciam tuam  
ut p ea que sup̄sum eterna re  
media capiam. **P urbam m̄**

**D**a q̄s. **titus** Sacerdo tui. **coll**  
om̄pt d̄s ut qui beati  
urbam m̄ris tui atqz pontifi  
cis sollempna columnus eius

apud te m̄tcessioibz adiuue  
mur. **P epl**. habemus pon  
tificem. **g**. Inueni dauid. **eu**.  
vigilate quia nescitis. **off** Veri  
tas mea. **sec** **M**unera q̄s do

tibi dicata sanctifica i m̄cedē  
te b̄to urbano m̄re tuo atqz  
pontifice nos p̄hec eadē pla  
catus intende. **P. G** fidelis ser.



zari atq; celsi sollempnia cele  
bramus et eoz iugiter patrio  
ma sen ciamus. **P. Viti & mo  
desti.** In virtute tua dñe le. **coll.**

**D**a ecce tue dñe q̄s interce  
dentib; sc̄is tuis iusto mo  
desto atq; cretencia supbe nō  
sape s; tibi placita humilitate  
p̄tice ut p̄terna despicies que  
matura sunt libera exerceat  
caritate. **P. epl.** Iustus cor lu  
um. **G.** Dñe p̄uenisti. **ew.** Si  
quis uenit ad me. **off.** In uirtute

**S**unt glam diuine p̄ **sec.**  
tenne munera p̄ sanctis ob  
lata testantur sic effm̄ nob̄  
dñe tue saluacōnis ipendent  
et magna est. **R. epleti. opl.** **P.**  
dñe b̄ndictione sollempni q̄s  
intellione sc̄oz uiti modesta  
et nescencie medicina faciam̄  
ti et corpi n̄ris p̄sit et metib;  
salus aū. **marci & marcelliam**

**S**corum tuoz nos dñe  
marci & marcelliam na  
talia tueantur quia tanto  
fiducialius tuo nomini sup  
plicam̄ quanto frequencius  
m̄m tuoz b̄ndictionib; cōfo  
uemur. **P. epl.** B̄nas agere  
debent. **G.** anima n̄ra **ew.** Cum

sedert filius hom̄is. **off.** Aera  
mini. **S.** ulape dñe m̄m **sec.**  
nera tuoz p̄loz et sc̄oz mar  
ci et marcelliam tibi p̄ibus  
esse grata concede p̄ quozū  
sollempnitatib; offerunt. **P.**

**co.** Amē dico uobis qd̄ vni **opl.**  
**S**alutaris tui dñe munete  
faciat supplices exoramus:  
ut interdentib; sc̄is tuis mar  
co et marcelliano cuius le  
tamur gustu renouem̄ effec  
tu. **P. gemasii & p̄thas.** Doque

**D**eus qui nos **coll.** dñs  
annua sc̄oz m̄m tuo  
rum gemasii & p̄thasii sollemp  
nitate letificas concede p̄m̄  
ut quoz gaudemus meritis  
accendamus exemplis. **P.**

**epl.** Sancti p̄ fidem. **G.** Iusto  
uā anime. **ew.** Egrediete ih̄i

**off.** Aeternum. **sec.** **O** blatis  
q̄s dñe placare munerib; et  
interdentib; sc̄is tuis a cūctis  
nos defende p̄culis. **Per. co.**

**P**oluerunt mortalia **opl.** **D**a  
q̄s om̄pe d̄s ut misteriorum  
tuoz uirtute facias: sc̄ozū  
gemasii et p̄thasii orationib;  
uita n̄ra firmet. **P. albam**

**P**ra q̄s om̄pe d̄s ut q̄ b̄i



albam mris tui gl'osa uenera  
mur sollempnia eius apud  
te meritis i p'ib; muniam.

**S**up has hostias dne **sec.**  
nre deuocōis p'itius respice.  
i p'ctōy n'roy iunctula beati  
albam mris tui intercessione  
clementer absolue. **P do. apl.**

**D**eus qui nos spūali cibo p'  
tuis recreasti concede nobis i  
tercessione bti albam mris  
tui ab omib; solui p'ctis i a  
cunctis aduersitatib; libera  
**deū m'liū m'liū et. P coll.**

**D**eus qui **Int.** Condannus  
gl'osam tuam decē ma  
lurum multum martirū fira  
lem tormentoy tuoy ungeri  
ti tui agone subire decreuisti  
i passionis eius tot singu  
lares testes habere uoluisti  
p'ra nobis q's famulis tuis  
ut

*[Faint handwritten text in a cursive script, likely a later addition or correction.]*

**G.** Glor'ose **cu** uita  
tutias **off** i **omnibus** **sec.**  
cipe q's dne tantum p'la  
i recolenda passione d'la  
et concede ut crucifixoy  
tini meritis adiuuemur  
p' hec sancta passioe d'ge  
fima ueneram. **P do. apl.**

**S**umpsem dne corpus  
et sanguine filij tui cruci  
fui decem milium milium  
sollempnia celebrantes q'ra  
meritis euiloy filij tui pa  
sione a cunctis p'ctis eruan  
**in uigilia iohis baptiste.**

**D**eus qui **De** timeas zachar  
dna est oratio tua et ehy  
beth uxor tua pariet tibi filij







dem quibus famulam miteri  
 is emundemur. **P. G.** Gemel  
 muru. **B**eati apollina **opl.**  
 tis mris tui intercessione fac  
 nos dne q's tibi placita pos  
 tulare: et postulata p'cipe. **P.**  
**iacobi apli.** Michi aut. **coll.**  
**A**sto dne plebi tue scifica  
 tor: et custos: apli tui  
 iacobi munita p'sidys et su  
 lacione tibi placeat et securat  
 deseruet. **P. item.** **B**eati mar  
 tiris tui x'pofori q's dne p'cib;  
 adiuuem: et eius digna sollemp  
 nia celebrantes tuo nom' fac  
 nos semp ee deuotos. **P. epl.**  
**B**ndictus ds **G.** Sumis honora  
 sep. Clare laudoz. **esu** accessit ad  
 ihm mater. **off.** Constitues. **seru**  
**O**blatomb; q's dne b'ti iacobi  
 apli tui passio b'ta concelliet:  
 ut que nris no apta sunt me  
 ritis fiant tibi placita eius  
 aptacone. **sec.** **S**ca tua nos  
 que in beati mris tui x'pofori  
 p'cola passione quam colim'  
 nos redueant quibus uigiter  
 lattemur et ea semp deuote ex  
 pleamus. **P. G.** Vos qui secuti  
**B**eati apli tui iacobi tui **opl.**  
 hodie festiuitate corpe et lagui

ne tuo nos refecisti q's dne  
 intercessione nos adiuua scui  
 sollempnitate p'cepim' tua  
 sca letantes. **opl.** **S**acrame  
 ti tui q's dne p'ticipaco salu  
 tatis et intercessio beati x'p  
 fori mris tui purificaco no  
 bis p'beant et medelam. **P.**  
**de sca anna.** Gaudeam? **coll.**  
**D**eus qui b'te anne tanta  
 gram donare dignatus  
 es quod mariam matre tua  
 in utero suo portare meruit  
 da nobis p' intercessione uter  
 ulq; matris et filie p'p'acois  
 h'ndancia ut quae meoia  
 in terris pio amore amplexi  
 mur eaz meritis et p'cib; ad ce  
 lestem ierlm puenire meam  
**P. epl.** Muliere fortis. **G.** p'p  
 ter ueritate. **All. v.** Spece tu. **eu**  
**S**imile e regnu ce. thesau. **off.**  
 filie regum. **sec.** **H**ostias tibi  
 dne dicatas b'te anne meritis  
 assume et ad ppetuum nobis  
 tribue puenire subsidium. **P.**  
**o** Diffusa. **Q**onare q's **opl.**  
 omne ds nos scie anne exultat  
 meritis et copiosis b'n'ficio  
 eius attolle suffragis. **Per do**  
 minum. **Pantaleonis mris**



**O** culpa uniuersum beata qua redemp-  
ta est natura. **D**eus qui creauit om-  
nia nascitur ex femina. **M**irabilis  
natura uniuersum induta assumens  
quod non erat manens quod erat. **I**n-  
duntur naturam diuinitas humana  
quis audiuit talia dic rogo facta  
**Q**uerere uenerat pastor pius quod  
perierat. **I**nduit galeam cecrat  
ut miles armatura. **P**rostratus  
sua propria ruit hostis spicula aufe-  
runtur tela. **I**n quibus fidebat diu-  
la sunt illius spolia capta preda  
sua. **A**perta pugna fortissima salus  
nostra est uera. **Q**ui nos suam ad  
patriam duxit post uictoriam.

16.  
qua tibi laus est eterna. **in die scilicet.**  
**D**atus ante secula dei filius in-  
uisibilis inuicimus. **P**er quem fit  
machina celi et terre maris et in-  
his regnum. **P**er quem dies  
hodie salant et se iterum recipiant  
**Q**uem angeli in arce poli uoce  
sana semp canunt. **H**ic corpus  
assumpserat fragile sine labe ori-  
ginalis criminis de carne maris  
uirgins quo primis parentis culpa  
eueque lasciuam tegetet. **H**oc pre-  
sens diuina loquitur preluada ad  
aucta longitudine quod sol uerus ra-  
dio sui lumine ueritas mundi de-  
pulerit gemmas tenebras. **H**ec uox



uarat noui h[er]ens uice quos ma  
goy oculos terruit scias. **D**ec gre  
gum magisteris defuit lumen quod  
prestruxit clauas milui dei. **G**au  
le dei genitrix quam circūstant ob  
sternim uice concinentes angeli  
gloriam dei. **A**ulte patris uince  
qui humana nostri causa formam  
assumpsisti refone supplices tuos.  
**E**t quoy patrem te fore digna  
tus es dignanter eoy suscipe pre  
ces. **V**t ipsos diuinitatis tue p[ro]  
cipies deus facere digneris uince dei  
**S**tepha  
anc concordia famulatu **m p**  
colamus sollempnitatē. **A**uctoris  
illius exemplo coeli benigno. **P**ro

plenitudo p[ro]cedens te uice lumen  
**S**tephane signifer regis summe  
boni nos exaudi. **P**rostrat q[ui] e  
u tuus exauditus munitis. **P**an  
lus tuus precibus stephane te quoy  
om p[ro]cedens xpi credit. **E**t te  
tripudiat in regno cu nullus p[ro]  
tuta appropinquat. **D**os p[ro]uide nos  
sapientes ad te clamantes i precibus  
te pulsantes. **O**ratio sanctissima  
nos tua semp conciliet deo nostro  
**Q**ue petrus xpisti minister statuit  
tu petro normam credendi astruit  
ad dextram summi uaris ostendit  
do quem plebs furens crucifixerit  
**Q**ue sibi xpistis elegit stephane

In omni bus  
16  
17  
18  
19  
20  
21  
22  
23  
24  
25  
26  
27  
28  
29  
30  
31  
32  
33  
34  
35  
36  
37  
38  
39  
40  
41  
42  
43  
44  
45  
46  
47  
48  
49  
50



**Q**uod in denuo  
celi emanant glo ne aplos

nam dei filij uerbi incarnati  
facti de terra caeli. **E**t em̄ glā  
soli domino est congrua. **D**ominus  
est cuius magis consilij angelus

**I**us consilium lapsō homin  
auxilium est antiquum et profundū  
uetū factum solis tantū sanctis  
congruum. **Q**um angelus iste ho

mo natus ex muliere immortalē  
ex mortali de terra celum fecit ex ho  
mine angelum. **H**ic est dominus

exercitus deus dominus sunt angeli  
missi in terram apostoli. **Q**uibus se  
epulum inuim prebuit resurgens  
et multis argumentis pacem uictor

mortis nuntiatis. **P**ax uobis ego  
sum inquit nolite iam timere sed  
dicite uerbum dei creature omni  
coram regibus et principibus. **S**i  
ait misit me pater et ego mitto  
uos in mundum estote ergo pru  
dentes sicut serpentes estote ut co  
lumbe simplices. **H**ic petrus ro  
mam apostolorum princeps adit  
paulus greciam ubique docens gram  
ter quatuor in partibus in plagis  
terre quatuor euangelizantes ter  
ram et unum. **A**ndreas iacobus  
interque philippus bartholomeus sy  
mon thadæus iohannes thomas et  
mathæus duodecim iudices non ab





sub sed in unum diuisi per orbem di-  
uisos in unum colligunt. **I**n omne  
terram exiit sonus eorum. **E**t in fi-  
nes orbis terre uerba eorum. **Q**uia  
speciosi preces euangelizantium  
bona predicantium pacem. **S**anguis  
ue xpi redemptis ita dicentium  
sicut regnabit deus tuus. **Q**ui uer-  
bo secula fecit quod pro nobis uer-  
bum caro factum est in fine se-  
culorum. **H**oc uerbum quod predicamus  
xpm crucifixum qui uiuit et regnat  
deus in celis. **D**eus sunt celi in quibus  
xpe habitas in quorum uerbis tonas  
fulguras signis uocas gratia. **H**is  
dixisti uocare celi de sapientia et nubes plu-

ant uisum apertur terra germinas  
**G**ermine uisum suscitatur terra in am-  
quam apertis uerbis serenis geram  
uare facias. **Q**uorum uerba uerbi-  
patris tenentes in patientia fructu-  
ferre fac nos tibi domine. **D**eus tuus  
magnum consilium angelus in habitas  
quos non seruos sed amicos appellas  
quibus omnia que audisti a patre  
notificas. **I**n quorum diuisione cu-  
lectum gregem custodias. **D**iuinum  
et in uinculo pacis unum ut in  
te unum sumus sicut in patre tu-  
es unus. **M**iserere nobis tu qui  
habitas rex in celis. **M**arie mag-  
dalene.  
**A**liis tibi xpe qui es creator.